

Dilecti filij salutem et apostolicam benedictionem. Prosequimur paterna caritate dilectum filium Lucam de fucijs de castello ob eius uirtute[m] fidemq[ue] et deuotione[m] quam ad nos et Sanctam Romanam Ecclesiam gerit. Itaq[ue] desiderantes ut ipse potestaria istius n[ost]re terre asse-  
 quatur. Deuotionem uestram hortamur in d[omi]no: ut eundem Lucam ad officiu[m] ipsius potestarie pro semestri m[an]dato immediate cum primum se contulerit loco dilecti filij Turtij de Senis pro quo alias ad uos scripsimus: Et qui  
 ad dictum officium exercendum venire non potest et ut sequit[ur] finiendum: cum salario, emolumentis, honorib[us] et onerib[us] consuetis eligatis et pro confirmato habeatis: pro ut et nos harum serie[m] confirmamus, et pro confirmato  
 haberi mandamus: no[n] obstantib[us] alijs concessiomb[us] desu[per] factis: quas interim suspendimus, ceterisq[ue] contrarijs quibuscunq[ue]. Volumus aut[em] q[uo]d idem Lucas huiusmodi officiu[m] p[ro] substitutu[m] non exerceat: Et q[uo]d intra quindecim dies  
 ex quo illud ingressus fuerit diem sui introitus Collegio Secretarioru[m] n[ost]ro significet, ac q[uo]d ante q[uo]d illud incipiat exercere, de eo iuste ac fideliter exercendo, deq[ue] non recipiendo aliquod genus muneris, preter esculenta et poculeta  
 que triduo consumi possint, iuxta forma[m] u[er]is co[n]s[uet]u[m] in manib[us] dilecti filij n[ost]ri. Ra. S[an]cti Georgij Cardinalis Camerarij n[ost]ri sive eius locu[te]nentis debitum prestat in forma solita iuramentum. Datum Rome apud S[an]ctum Petru[m]  
 sub amulo piscatoris, die xij. Octobris. M. cccc. lxxviii. Pont. Anno Quinto:



Dilectis filiis Prioribus, Tribus antepositis / et  
Comuni Terrae nre Aquedendentis :-

12/12/1438

Letter of Innocenzo VIII